An. et vol. CIV 4 Maii 2012 N. 5

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico – Città del Vaticano – *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA BENEDICTI PP. XVI

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

IFAKARENSIS

In Tanzania nova conditur dioecesis Ifakarensis.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Nuper est petitum ut in Tanzania, seiuncto territorio regionis «Kilombero» a dioecesi Mahengensi, nova conderetur dioecesis ad aeternam provehendam salutem gregis Dominici ibidem degentis eiusque regimini facilius et efficacius consulendum. Qua re, Congregatio pro Gentium Evangelizatione, omnibus mature perpensis auditoque faventi voto Venerabilis Fratris Iosephi Chennoth, Archiepiscopi titulo Milevitani et in eadem Natione tunc Apostolici Nuntii, admotam postulationem censuit esse accipiendam utpote animarum saluti valde profuturam. Nos igitur, Qui gravissimo fungimur munere supremi Pastoris universae catholicae Ecclesiae, talem sententiam ratam habentes, summa Nostra Apostolica potestate haec decernimus. A Mahengensi dioecesi separamus territorium regionis «Kilombero»; ex eoque distracto loco novam constituimus dioecesim *Ifakarensem,* quam metropolitanae Ecclesiae Daressalaamensi suffraganeam facimus atque iurisdictioni

Congregationis pro Gentium Evangelizatione subicimus. Praeterea iubemus Episcopi sedem poni in urbe « Ifakara » atque templum ibi exstans, Deo in honorem Sancti Andreae Apostoli dicato, ad dignitatem Cathedralis ecclesiae evehimus; cetera vero secundum canonicas leges temperentur. Quae praescripsimus perficienda committimus Venerabili Fratri Francisco Montecillo Padilla, Archiepiscopo titulo Nebiensi et in praesens Apostolico Nuntio in Tanzania; qui re acta, curabit documenta exaranda sincerisque exemplis Congregationi pro Gentium Evangelizatione mittenda.

Hanc denique Apostolicam Constitutionem nunc et in posterum ratam esse volumus, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die decimo quarto mensis Ianuarii, anno Domini bis millesimo duodecimo, Pontificatus Nostri septimo.

✠ Tharsicius card. Bertone
Secretarius Status

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*
Leonardus Erriquenz, *Protonot. Apost.*

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 198.787

II

ROBENSIS

In Aethiopia constituitur Praefectura Apostolica Robensis.

BENEDICTUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad expeditius et efficacius consulendum spirituali Christifidelium saluti itemque Evangelizationis operi in Districtu civili Aethiopiae patria lingua « Robe » nuncupato, Congregatio pro Gentium Evangelizatione, omnibus mature perpensis habitoque faventi voto Venerabilis Fratris Georgii Panikulam, Archiepiscopi titulo Caudini et in eadem Natione Apostolici Nuntii, censuit

Praefecturam Apostolicam ibidem esse condendam. Nos igitur, Qui gravissimo fungimur munere supremi Pastoris totius gregis Dominici, talem sententiam ratam habentes, summa Nostra potestate sequentia decernimus. A Vicariatu Apostolico Mekiensi distrahimus memoratum Districtum civilem «Robe», ad ipsum Vicariatum hucusque pertinentem, ex eoque constituimus Praefecturam Apostolicam *Robensem,* quam sollicitis curis sodalium Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum committimus; cetera vero secundum canonicas leges temperentur. Quae praescripsimus perducet ad exitum memoratus Venerabilis Frater Georgius Panikulam; qui, re acta, curabit documenta exaranda sincerisque exemplis Congregationi pro Gentium Evangelizatione mittenda.

Hanc denique Constitutionem Nostram nunc et in posterum ratam esse volumus, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die undecimo mensis Februarii, anno Domini bis millesimo duodecimo, Pontificatus Nostri septimo.

✠ THARSICIUS card. BERTONE
Secretarius Status

Franciscus Di Felice, *Protonot. Apost.*
Nicolaus E.-M. D. Thevenin, *Protonot. Apost.*

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 199.059

III

TENKODOGOËNSIS

In Tanzania nova conditur dioecesis Tenkodogoënsis.

BENEDICTUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad aptius provehendam aeternam salutem Christifidelium in Burkina Faso degentium eorumque regimini efficacius consulendum, petitum est nuper ut archidioecesis Kupelaënsis atque dioecesis Fada Ngurmaënsis ita

dividerentur ut nova constitueretur dioecesis. Qua re, Congregatio pro Gentium Evangelizatione, omnibus mature perpensis habitoque pariter faventi voto Venerabilis Fratris Viti Rallo, Archiepiscopi titulo Albensis atque in eadem Natione Apostolici Nuntii, admotae postulationi, animarum bono profuturae, censuit esse concedendum. Nos igitur, Successor beati Petri et universalis Pater, talem sententiam ratam habentes, summa Apostolica potestate haec decernimus. Ab archidioecesi Kupelaënsi atque a dioecesi Fada Ngurmaënsi separamus territoria Provinciarum civilium Boulgou et Koulpeolgo; ex iisque distractis locis novam condimus dioecesim *Tenkodogoënsem*, quam metropolitanae Ecclesiae Kupelaënsi suffraganeam facimus atque iurisdictioni Congregationis pro Gentium Evangelizatione subicimus. Praeterea iubemus episcopalem sedem poni in civitate «Tenkodogo» atque templum ibidem exstans, Mariae Reginae dicatum, ad dignitatem Cathedralis ecclesiae evehimus; cetera vero secundum canonicas leges temperentur. Quae praescripsimus perducet ad exitum praedictus Venerabilis Frater Vitus Rallo, qui, re acta, curabit documenta exaranda sincerisque exemplis Congregationi pro Gentium Evangelizatione mittenda.

Hanc denique Constitutionem Nostram iugiter ratam esse volumus, contrariis rebus nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die undecimo mensis Februarii, anno Domini bis millesimo duodecimo, Pontificatus Nostri septimo.

✠ Tharsicius card. Bertone
Secretarius Status

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*
Franciscus Di Felice, *Protonot. Apost.*

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 199.061

IV

FARIDABADENSIS SYRO-MALABARENSIUM

In India nova Eparchia Faridabadensis Syro-Malabarensium conditur.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad aptius consulendum spirituali bono atque regimini Christifidelium Syro-Malabarensium degentium in regione septemtrionali Indiae, quae comprehendit urbem principem Delhiensem necnon civitates Haryana, Punjab, Himachal Pradesh, Jammu Kashmir et provincias Gautam-buddhanagar ac Ghaziabad ad civitatem Uttar Pradesh pertinentes, opportunum est visum pro iisdem Eparchiam condere. Audito igitur Venerabili Fratre Nostro S.R.E. Cardinale Praefecto Congregationis pro Ecclesiis Orientalibus, suprema Apostolica auctoritate constituimus Eparchiam *Faridabadensem Syro-Malabarensium* cum omnibus iuribus atque obligationibus, cuius sedem ponimus in urbe Faridabad. Eius autem constitutio et administratio ad normas Codicis Canonum Ecclesiarum Orientalium fient. Quae vero iussimus ad effectum rite adducantur deque absoluto negotio sueta documenta exarentur et ad Congregationem pro Ecclesiis Orientalibus mittantur.

Hanc denique Apostolicam Constitutionem nunc et in posterum ratam esse volumus, contrariis rebus nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die sexto mensis Martii, anno Domini bis millesimo duodecimo, Pontificatus Nostri septimo.

✠ Tharsicius card. Bertone
Secretarius Status

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*
Franciscus Di Felice, *Protonot. Apost.*

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 199.691

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Venerabili Dei Servo Iosepho Samsó Elías, presbytero, caelitum Beatorum tribuitur dignitas.

BENEDICTUS PP. XVI

Ad perpetuam rei memoriam. — «Quis non separabit a caritate Christi? Tribulatio an angustia an persecutio an fames an nuditas an periculum an gladius? Sicut scriptum est: "Propter te mortificamur tota die, aestimati sumus ut oves occisionis". Sed in his omnibus supervincimus per eum, qui dilexit nos» (*Rom* 8, 35-37).

Caritas et fides in Christo Iesu haud defuerunt Venerabili Dei Servo Iosepho Samsó Elías, presbytero et martyri, parocho ecclesiae S. Mariae in oppido *Mataró* prope Barcinonem, cum vocatus est ad testimonium fidelitatis erga Deum et Ecclesiam, cum periculo capitis, perhibendum.

In Barcinonensi pago vulgo *Castelbisbal*, die XVII mensis Ianuarii anno MDCCCLXXXVII ortus est. Patre mox orbatus, una cum familia in pagum *Rubí* migravit, semper Barcinonensi in archidioecesi, ubi scholas frequentavit Fratrum Maristarum. Tredecim annos agens Seminarium Minus Barcinonense ingressus est, ubi magni existimabatur ob animi et ingenii dotes. Missus est deinde ad Pontificiam Studiorum Universitatem Tarraconensem, ut studia ibi perageret. Die XII mensis Martii anno MCMX consecutus est Licentiae gradum ac postea ordinatus est presbyter. Ulterius ad animarum curam in variis paroeciis explendam est destinatus ac tandem parochus in pago *Mataró*, in archidioecesi Barcinonensi, nominatus.

Ibidem omnem suam vim apostolicam explicare potuit. Eminens exstitit catechista et fidelium optimus spiritalis moderator. Non tantum praedicatione, verum etiam scriptis ampliorem personarum numerum attigit. Severus tamen in seipsum mitem sese praebuit in iis quae fundamentalia non erant ac humiliter se aptare curabat ad fidelium necessitates, ita adimplens evangelicum propositum, ut «omnibus omnia factus» esset (cfr *1 Cor* 9, 22). In infirmis et in carcere detentis invisendis suam caritatem exhibebat et fervorem apostolicum. Hispanico bello civili inito, die XVIII

mensis Iulii anno MCMXXXVI graviter est vexatus: pastorali plenus amore numquam putavit tantum odium adversus fidem catholicam, Ecclesiam suorumque sacerdotes oriturum esse. Saepe inquisitus, minis timoreque territus, ante omnia conatus est Sacram Eucharistiam e periculo sacrilegii eripere, in continua oratione eventus praestolans. Ex arbitrio apprehensus est die XXX mensis Iulii anno MCMXXXVI et usque ad diem I mensis Septembris in carcere permansit. Eodem autem die translatus est ad coemeterium pagi *Mataró*, ubi sine ullo processu immaniter est interfectus. Priusquam morti occumberet, carnificibus suis ignovit.

Statim habitus est fidei martyr; itaque Archiepiscopus Barcinonensis super martyrio Inquisitionem instruxit, cuius validitas iuridice die XXIII mensis Iunii anno MM est approbata. Consultores Theologi, in Congressu Peculiari die IV mensis Aprilis anno MMIX congregati, positivam sententiam de Servi Dei martyrio emiserunt. Idem statuerunt Patres Cardinales et Episcopi, in Sessione Ordinaria die XVI mensis Iunii anno MMIX habita. Idcirco Nos Ipsi, die III mensis Iulii anno MMIX praecepimus Congregationi de Causis Sanctorum ut promulgaret Decretum super martyrio, ac statuimus ut sollemnis beatificationis ritus in pago *Mataró*, Hispaniae, die XXIII mensis Ianuarii anno MMX celebraretur.

Hodie igitur, in basilica Sanctae Mariae in *Mataró*, ingenti adstante catholicorum Pastorum et Christifidelium multitudine ex Hispania aliisve nationibus, de mandato Nostro Venerabilis Frater Angelus Amato, Congregationis de Causis Sanctorum Praefectus, textum Litterarum Apostolicarum legit, quibus nos in Beatorum numerum Venerabilem Servum Dei Iosephum Samsó Elías, presbyterum, adscribimus.

Nos, vota Fratris Nostri Aloisii S.R.E. Cardinalis Martínez Sistach Archiepiscopi Barcinonensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in Episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabilis Servus Dei Iosephus Samsó i Elías, sacerdos pastoralis plenus zeli, qui effusione sanguinis fidem confirmavit quam per paroeciale edocuerat ministerium, Beati nomine in posterum appelletur eiusque festum die prima Septembris, die videlicet qua ad caelum natus est, in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Quod autem his Litteris Nostris decrevimus, volumus et nunc et in posterum tempus vim habere, contrariis rebus quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXIII mensis Ianuarii, anno MMX, Pontificatus Nostri sexto.

De mandato Summi Pontificis
THARSICIUS card. BERTONE
Secretarius Status

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 124.272

II

Venerabili Dei Servo Emmanueli Lozano Garrido Beatorum tribuitur dignitas.

BENEDICTUS PP. XVI

Ad perpetuam rei memoriam. — « Induite Dominum Iesum Christum » (*Rom* 13, 14).

Venerabilis Servus Dei Emmanuel Lozano Garrido, familiariter "Lolo" appellatus, quidem diuturnis annis suae paralysis, vitae propositum sibi assumpsit Christum imitandi. Inde a quindecim aetatis annis hanc spem in animo defixam concinno exhibet sermone. Quapropter in suis scriptis, mystica subtilitate, ad Christum Iesum saepe mentem vertit adprecans ut cor ipsius Christi crucifixi vel in seipsum transferret vel mutaret vel subtraheret.

Emmanuel Lozano Garrido ortum habuit die IX mensis Augusti anno MCMXX in urbe Linaria, industriali ac metallaria urbe Hispanica, ex provincia et dioecesi Giennensi. Ibidem baptizatus est die V sequentis mensis Septembris in paroecia Sanctae Mariae. E frequenti familia, inter septem fratres quintus est natus. Cum Emmanuel sex aetatis annos ageret, pater mortem obiit. Hac de causa, haec ampla familia nummarias difficultates pati coepit;

itaque avus maternus suam filiam Luciam Garrido Garrido cum eius septem filiis domi excepit.

Anni vitae familiaris profundam firmamque christianam formationem imprimunt in omnibus fratribus. Gaudio perfusus Venerabilis Servus Dei anniversarium diem memorare solebat primi convivii eucharistici, ad quod accessit die IX mensis Maii anno MCMXXIX. Litterarum rudimenta didicit apud collegium Patrum Scholarum Piarum sua in terra natali. Incepit inde cursum baccalaureatus in urbe *Baeza*, cuius studia Linariae postea conclusit.

Ex annis eius adulescentiae duo signandi sunt eventus: dies XX mensis Maii anno MCMXXX, quo sacro confirmationis chrismate unctos est a Servo Dei Emmanuele Basulto, tunc Episcopo Giennensi, necnon dies XIV mensis Iunii anno MCMXXXI, quo tirocinium Iuventutis Actionis Catholicae est ingressus.

Venerabilis Servus Dei ferventer vivere scivit propositum Actionis Catholicae, pietatem scilicet, studium et actionem; periodus illa formationis et orationis in Actione Catholica attulit illi formam et sensum vitae, qui absque dubio hac de re christianam invenit fortitudinem ut postea laeto et apostolico animo diuturnos aegritudinis et caecitatis annos vivere posset.

Anno MCMXXXVI, cum sedecim aetatis annos ageret, religiosa exarsit insectatio in Hispania. Ipso enim natali eius die recurrente, frater interemptus est. Ab unico presbytero qui Linariae permanserat Emmanuel destinatus est ad eucharisticam communionem secreto administrandam, ministerio fungens uti "novus Tharsicius"; hac de causa comprehensus est et in carcerem eiectus. Illic noctem transegit Feriae V Hebdomadae Sanctae anno MCMXXXVII, adorans Iesum sub particula consecrata, quam soror eius Lucia — tunc puella — florum fasciculo absconditam tradiderat illi.

Septem et decem tantum annos natos, in fronte aciei constitutus, alacriter fidem suam professus est, et apud agmina bellica a suo fervore apostolico non destitit licet inter difficultates antireligiosas, quae in illis adiunctis de more eveniunt.

Civili Hispanica contentione iam confecta (MCMXXXVI-MCMXXXIX), opus exercuit in commercio ut familiae subveniret, eodemque tempore studiis vacavit ad baccalaureatum perficiendum. Magisterii quoque titulum assecutus est. Illis annis postbellicis (MCMXXXIX-MCMXLII) operam navare in Actione Catholica, catechesim tradere, carcere detentos invisere consueverat. Iter suscipiebat uti promotor Actionis Catholicae, centra instituens in populis illius regionis. Diurnarii vocationem colere coepit suos primos redigens articulos typis mandatos, ac crebro argumenta religiosa per undas radiophonicas

emittens. Mente prophetica pondus extollebat horum Instrumentorum Communicationis Socialis.

Matriti, ad militiae munus vocatus est, ibi tamen prima apparuerunt indicia eius paralysis quae celerrime progrediebatur; brevi enim tempore insanabilis et progressiva est declarata. Per duodetriginta annorum spatium absoluta affectus est immobilitate, continuos dolores perferens, quibus insuper caecitas novem per annos accessit. Haec vitae periodus non abstulit illi suam contagiosam laetitiam nec constantem subrisum. Hoc novo tempore uti aliquid ordinarium, uti aliquid consuetum vixit illam atrocem, acerbam et diuturnam infirmitatem. Tunc orationem intendit, suosque sensus descripsit in plurimis paginis profundae indolis mysticae, diffusis in novem libros et innumeros articulos typis excusos. Venerabilis Servus Dei, omnino immobilis, sella rotali vectus, pium condidit Opus «Sinai», id est coetus orationis et doloris Deo oblati ex parte monasteriorum et infirmorum insanabilium qui intercederent pro diurnariis. Scripsit opus cui titulus «*Oratio pro Diurnariis*» et «*Decalogus Diurnarii*»,qui praestans est codex, idoneus ad hos verbi expertos per mundam et evangelicam viam ducendos.

Parvum eius habitaculum, in quo vixit, oravit, passus et operatus est, eodem tempore sedes exstitit ubi continuum exercuit apostolatum apud innumeros infirmos, quos cognovit et iuvit cursualem adhibens et telephonicam viam. Ad hoc parvum habitaculum complures iuvenes et amici accedebant solamen consiliumque ab eo petituri et accepturi.

Cotidie eucharistico pane nutriebatur. Quandoquidem pertinebat ad Piam Unionem Discipulorum Sancti Ioannis, Eucharisticum Sacrificium interdum propria in domo celebrabatur. Prima occasione huius celebrationis, petivit ut sub mensa altaris collocaretur sua machina scriptoria ita ut Crucis truncus configeretur pinnariis ibidemque radices ageret.

Lapurdum peregrinans Mariae Virgini obtulit laetitiam. Ab Ipsa precatus est ut animas sanctas largiter nobis concederet. Fervidum amorem erga Ecclesiam tempore Concilii Vaticani II experiri ac fovere potuit, palam exprimens animi commotionem cum Concilium disserebat de apostolatu laicali seu de universali vocatione ad sanctitatem.

Veluti scriptor et diurnarius suum exercuit opus ad extremum vitae, ita ut tempore quo caecitate correptus erat ad vocem per magnetophonium imprimendam recurreret.

Attenta eius sanctitatis fama post obitum qui Linariae in Hispania evenit die III mensis Novembris anno MCMLXXI, Episcopus Giennensis instruxit Processum Beatificationis et Canonizationis Venerabilis Servi Dei inter annos MCMXCIV-MCMXCVI. Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum die XVII mensis Novembris anno MMVI, necnon Purpurati Patres et Episcopi, in Sessione Ordinaria die II mensis Octobris anno MMVII congregati, agnoverunt faventem super heroicis virtutibus sententiam. Ita et Nosmet Ipsi die XVII mensis Decembris anno MMVII Congregationi de Causis Sanctorum praescripsimus ut huiusmodi Decretum vulgaret.

Servatis omnibus de iure servandis, examini subiecta est pueri sanatio, quae iudicata est inexplicabilis secundum scientiam medicam in Sessione Consilii Medici habita die XVII mensis Ianuarii anno MMVIII. Consultores Theologi in Sessione Congressus Peculiaris die XV mensis Februarii anno MMVIII habita, necnon Cardinales Patres et Episcopi in Sessione Ordinaria die XXIX mensis Septembris anno MMIX congregati, confirmarunt sententiam circa intercessionem Venerabilis Servi Dei Emmanuelis Lozano Garrido in hac sanatione, ac Nosmet Ipsi die XIX mensis Decembris anno MMIX concedimus Congregationi de Causis Sanctorum ut Decretum de re ederet. Die XI mensis Iunii anno MMX Nos statuimus ut ritus Beatificationis Linariae in Hispania die XII mensis Iunii anno MMX celebrari posset.

Hodie igitur de mandato Nostro, Venerabilis Frater Angelus Amato, Congregationis de Causis Sanctorum Praefectus, textum Litterarum Apostolicarum legit, quibus Nos in Beatorum numerum Venerabilem Servum Dei Emmanuelem Lozano Garrido adscribimus.

Nos, vota Fratris Nostri Raimundi del Hoyo López, Episcopi Giennensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in Episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabilis Servus Dei Emmanuel Lozano Garrido, christifidelis laicus, qui indefatigabilem exercuit apostolatum, sereno laetoque animo suam suscepit paralysim et caecitatem, scriptor et diurnarius veritates evangelicas propagavit atque aliorum fidem prece, amore Eucharistiae et filiali devotione erga Virginem Mariam sustinuit, Beati nomine in posterum appelletur, eiusque festum die tertia Novembris, qua in caelum natus est, in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Clarus hic vir diligentem ostendit spiritalem progressum, Christi eiusque Ecclesiae dilectionem, atque insignia dedit pietatis testimonia. Dum illius conspicimus vitam, ad altiorem usque in cotidiana vita imitationem Salvatoris incitamur adque sanctitatem et proprii status perfectionem prosequendam invitamur.

Quae autem his Litteris decrevimus nunc et in posterum firma esse volumus, contrariis rebus quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die duodecima mensis Iunii, anno Domini MMX Pontificatus Nostri sexto.

De mandato Summi Pontificis
THARSICIUS card. BERTONE
Secretarius Status

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 135.160

III

Venerabili Dei Servo Leopoldo de Alpandeire caelitum Beatorum tribuitur dignitas.

BENEDICTUS PP. XVI

Ad perpetuam rei memoriam. — « Domine, Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in universa terra, quoniam elevata est magnificentia tua super caelos » (*Ps* 8, 2).

Rerum naturae mirabilium contemplatio, spiritalis vita infantis more acta, de cunctis creaturis sollicitudo, in fratres amor humilis laetumque servitium notae fuerunt spiritalis experientiae Leopoldi de Alpandeire, mitis Capuccinorum sodalis, qui Domini gratia sustentatus, plene factus est homo et christianus. Sancti Francisci Assisiensis ad scholam Leopoldus perfecte Christum in beatitudinum spiritu est imitatus atque universalis fraternitatis caritatisque factus est testis.

Dei Servus Leopoldus de Alpandeire, saeculari nomine Franciscus Thomas Márquez Sánchez nuncupatus, die XXIV mensis Iunii anno MDCCCLXIV

natus est *Alpandeire* provinciae Malacitanae. Die XXIX mensis Iunii Baptismi lavacro est ablutus. Die XI mensis Septembris anno MDCCCXCI Confirmationis sacramentum recepit per manus Episcopi Malacitani Marcelli Spinola y Maestre, a Venerabili Dei Servo Ioanne Paulo II in Beatorum catalogum relati. A parentibus humilibus sed operosis Franciscus Thomas in christiana pietate et actuositate est institutus.

Prudens quidem, laetus, comis, indefatigabilis operarius, diem incohabat, ubi dabatur copia, sanctam Missam participans atque Sanctissimum Sacramentum invisens. Iuvenis paupertatem adamabat suumque cibum cum pauperioribus communicabat. Officia civis tuitus est, stipendium etiam merens annis MDCCCLXXXVII-MDCCCLXXXVIII.

Cum triduum sollemne pro beatificatione Didaci Iosephi de Gadibus (anno MDCCCXCV) Arundae celebraretur, Franciscus Thomas ad vitam religiosam ingrediendam est compulsus. Conciones liturgicique ritus iuvenem permoverunt ut voluntatem religiosam vocationem sequendi domino Raphaëli, presbytero Arundensi, et Capuccinorum sodalibus manifestaret. Eo quod congrua institutione carebat atque propter aetatem, ingredi potuit ut frater laicus fieret.

XXXV annos natus in claustrum Hispalense ingressus est, Ambrosio de Valencina Provinciale et Noviciorum magistro Didaco de Valencina Franciscalis vitae apud Capuccinos exempla praebentibus. Hispalensem apud communitatem una simul vitam sobriam modicamque precantes exegerunt. Cum Franciscalem spiritalitatem acriter teneret, cotidianae vitae opera agere non omittebat, veluti tubera solani mundare atque claustrum converrere. Anno MDCCCXCIX novitiatum est ingressus atque ei nomen inditum est Leopoldus de Alpandeire. Ut novicius Leopoldus spiritalia dona auxit: laetitia eminebat aeque ac alta interioritate, ita ut ex vultu oculisque emergerent. Anno MCM vota temporaria in Hispalensi claustro nuncupavit, ac postea perpetua. Anno MCMXIII eodem in claustro sustinere coepit ianuarii munus. Anno post Illiberim repetiit ut sacristae et mendicantis officium ageret usque ad annum MCMLIII. Anno MCMXXXVI Illiberi propter bellum civile quaedam incommoda est expertus. Sed inibi, secus ac in septentrionali parte evenit, fratres sunt servati. Frater Leopoldus pro Ecclesiae inimicis ac pro pace cuncta in Hispania orabat. Anno MCML quinquagesimam vitae religiosae anniversariam memoriam celebravit, vota iterans in manibus patris Provincialis Bonaventurae de Cogollos Vega.

Cum mendicantis gereret munus, die IX mensis Februarii anno MCMLIII alicuius domus in scalis cecidit et crus fregit atque tres annos lecto est detentus, donec alii morbi evenirent, sic die IX mensis februarii anno MCMLVI, nonagesimum alterum agens annum obiit. Ad eius funera magna multitudo accucurrit, eum habentes exemplum sanctitatis.

Continuata sanctitatis fama effecit ut Archiepiscopus Granatensis Processum Informativum de sanctitatis fama virtutibusque anno MCMLXXV incoharet. Posthac mutatis normis, anno MCMLXXXII Processus Cognitionalis effectus est. Uterque Processus die XXV mensis Novembris anno MCMLXXXVIII validus est consideratus. Theologi Consultores, die XX mensis Martii anno MMVII in Congressu peculiari coadunati, virtutibus heroum in modum exercitis sunt suffragati. Eiusdem sententiae fuerunt Patres Cardinales et Episcopi in Sessione Ordinaria die XVIII mensis Decembris anno MMVII coadunati. Nos igitur Ipsi facultatem fecimus ut Congregatio de Causis Sanctorum Decretum ederet super virtutibus die XV mensis Martii anno MMVIII. Pro beatificatione sanatio est exhibita dominae Helenae Martínez del Valle, quam Medici Consultores die XXIX mensis Ianuarii anno MMIX scientifice inexplicabilem putarunt. Theologi Consultores hanc sanationem Venerabilis Dei Servi Leopoldi de Alpandeire intercessioni in Congressu Peculiari die XX mensis Maii anno MMIX tribuerunt atque sic etiam Patres Cardinales et Episcopi, in Sessione Ordinaria die XXVII mensis Octobris anno MMIX coadunati, iudicarunt. Ita Nos facultatem fecimus ut Congregatio de Causis Sanctorum die XIX mensis Decembris anno MMIX Decretum evulgaret atque statuimus ut beatificationis ritus Illiberi die XII mensis Septembris anno MMX celebraretur.

Hodie igitur de mandato Nostro Venerabilis Frater Angelus Amato, Congregationis de Causis Sanctorum Praefectus, textum Litterarum Apostolicarum legit, quibus Nos in Beatorum numerum Venerabilem Dei Servum Leopoldum de Alpandeire adscribimus: Nos, vota Fratris Nostri Francisci Xaverii Martínez Fernández, Archiepiscopi Granatensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in Episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabilis Servus Dei Leopoldus de Alpandeire in saeculo Franciscus Sánchez Márquez religiosus ex Ordine Fratrum Minorum Capuccinorum, qui exemplo et verbis per cursum vitae quotidianae, solitudine et precatione distinctum, cum curas et dolores pauperum et afflictorum participaret et levaret, mysterium Iesu Christi crucifixi testificatus est, Beati nomine in posterum appelletur eiusque festum die nona mensis Februarii,

qua in caelum ortus est, in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Haec vero quae statuimus firma usquequaque esse volumus ac valida fore iubemus, contrariis quibuslibet rebus minime obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XII mensis Septembris, anno MMX, Pontificatus Nostri sexto.

De mandato Summi Pontificis
THARSICIUS card. BERTONE
Secretarius Status

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 135.753

IV

Sanctuario Gostyni Beatae Mariae Virgini dicato Rosa aurea tribuitur.

BENEDICTUS PP. XVI

Ad futuram rei memoriam. — In Monte Sancto Gostyni Sanctuarium Dei Matri, Rosae Mysticae, dicatum universos Poloniae apud fideles conspicuum nomen locumque obtinet. Etenim frequentes ad id omne genus peregrinatores caelestem Matrem veneraturi ac petituri superna beneficia, tum corporis tum spiritus, confluere solent. Inibi Confoederationis Oratorii S. Philippi Nerii sodales congruam operam dant ut per Ecclesiae sacramenta, Dei verba, fidelis populus convenienter colatur. Sanctuarii ipsius antiquitas, claritas et origo incitamento sunt, ut vita accommodatior teneatur ad Evangelii praescripta.

Cum vero iam appetat quingentesima anniversaria memoria ex quo tempore Venerabilis Frater Ioannes Lubrański, Episcopus Posnaniensis, Decretum evulgavit, quo miracula, eaque in isto Sancto Monte effecta, confirmata sunt. Saeculorum decursu locus iste veluti propugnaculum exstitit catholicae fidei, quam Deiparae cultus confirmatus tuitus est. Superioribus temporibus idem Sanctuarium Beatae Mariae Virginis «Rosae Mysticae»,

Venerabili Servo Dei Paulo VI, Decessore Nostro, annuente, ad altiorem gradum est evectum, scilicet ad Basilicae Minoris dignitatem, ut, amplificato honore, pietas pariter augeretur.

Ut autem haec Aedes congruentius extollatur atque nihil in eo loco ornando, colendo, praetermittere cupientes ac postulationibus subvenientes Venerabilis Fratris Stanislai Gądecki, Archiepiscopi Metropolitae Posnaniensis, Nos *Rosam ex auro conflatam* magna cum animi affectione harum Litterarum vi tribuimus et donamus, quae inibi exinde servabitur, peculiaris Nostrae benevolentiae veluti signum ac spectabile documentum, quo Sanctuarii huius praestantiam augere cupimus.

Quae vero in sollemni benedictionis rosae caerimonia a Deo, Patre misericordiarum, efflagitavimus, ea rursus ab Eo postulamus ut omnibus hominibus bonae voluntatis affatim impertiat eosque supernis cumulet donis.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XIV mensis Februarii, in SS. Cyrilli et Methodii die festo, anno MMXII, Pontificatus Nostri septimo.

De mandato Summi Pontificis

THARSICIUS card. BERTONE

Secretarius Status

Loco ✠ Plumbi

In Secret. Status tab., n. 199.067

HOMILIAE

I

In Vigilia Paschali.*

Cari fratelli e sorelle!

Pasqua è la festa della nuova creazione. Gesù è risorto e non muore più. Ha sfondato la porta verso una nuova vita che non conosce più né malattia né morte. Ha assunto l'uomo in Dio stesso. « Carne e sangue non possono ereditare il regno di Dio », aveva detto Paolo nella *Prima Lettera ai Corinzi*.[1] Lo scrittore ecclesiastico Tertulliano, nel secolo III, in riferimento alla risurrezione di Cristo e alla nostra risurrezione aveva l'audacia di scrivere: « Abbiate fiducia, carne e sangue, grazie a Cristo avete acquistato un posto nel Cielo e nel regno di Dio ».[2] Si è aperta una nuova dimensione per l'uomo. La creazione è diventata più grande e più vasta. La Pasqua è il giorno di una nuova creazione, ma proprio per questo la Chiesa comincia in tale giorno la liturgia con l'antica creazione, affinché impariamo a capire bene quella nuova. Perciò all'inizio della Liturgia della Parola nella Veglia pasquale c'è il racconto della creazione del mondo. In relazione a questo, due cose sono particolarmente importanti nel contesto della liturgia di questo giorno. In primo luogo, la creazione viene presentata come una totalità della quale fa parte il fenomeno del tempo. I sette giorni sono un'immagine di una totalità che si sviluppa nel tempo. Sono ordinati in vista del settimo giorno, il giorno della libertà di tutte le creature per Dio e delle une per le altre. La creazione è quindi orientata verso la comunione tra Dio e creatura; essa esiste affinché ci sia uno spazio di risposta alla grande gloria di Dio, un incontro di amore e di libertà. In secondo luogo, del racconto della creazione la Chiesa, nella Veglia pasquale, ascolta soprattutto la prima frase: « Dio disse: "Sia la luce!" ».[3] Il racconto della creazione, in modo simbolico, inizia con la creazione della luce. Il sole e la luna vengono creati solo nel quarto giorno. Il racconto della creazione li chiama fonti di luce, che Dio ha posto nel firmamento del cielo.

* Die 7 Aprilis 2012.

[1] 15, 50.

[2] *CCL* II 994.

[3] *Gen* 1, 3.

Con ciò toglie consapevolmente ad esse il carattere divino che le grandi religioni avevano loro attribuito. No, non sono affatto dèi. Sono corpi luminosi, creati dall'unico Dio. Sono però preceduti dalla luce, mediante la quale la gloria di Dio si riflette nella natura dell'essere che è creato.

Che cosa intende dire con ciò il racconto della creazione? La luce rende possibile la vita. Rende possibile l'incontro. Rende possibile la comunicazione. Rende possibile la conoscenza, l'accesso alla realtà, alla verità. E rendendo possibile la conoscenza, rende possibile la libertà e il progresso. Il male si nasconde. La luce pertanto è anche espressione del bene che è luminosità e crea luminosità. È giorno in cui possiamo operare. Il fatto che Dio abbia creato la luce significa che Dio ha creato il mondo come spazio di conoscenza e di verità, spazio di incontro e di libertà, spazio del bene e dell'amore. La materia prima del mondo è buona, l'essere stesso è buono. E il male non proviene dall'essere che è creato da Dio, ma esiste solo in virtù della negazione. È il « no ».

A Pasqua, al mattino del primo giorno della settimana, Dio ha detto nuovamente: « Sia la luce! ». Prima erano venute la notte del Monte degli Ulivi, l'eclissi solare della passione e morte di Gesù, la notte del sepolcro. Ma ora è di nuovo il primo giorno — la creazione ricomincia tutta nuova. « Sia la luce! », dice Dio, « e la luce fu ». Gesù risorge dal sepolcro. La vita è più forte della morte. Il bene è più forte del male. L'amore è più forte dell'odio. La verità è più forte della menzogna. Il buio dei giorni passati è dissipato nel momento in cui Gesù risorge dal sepolcro e diventa, Egli stesso, pura luce di Dio. Questo, però, non si riferisce soltanto a Lui e non si riferisce solo al buio di quei giorni. Con la risurrezione di Gesù, la luce stessa è creata nuovamente. Egli ci attira tutti dietro di sé nella nuova vita della risurrezione e vince ogni forma di buio. Egli è il nuovo giorno di Dio, che vale per tutti noi.

Ma come può avvenire questo? Come può tutto questo giungere fino a noi così che non rimanga solo parola, ma diventi una realtà in cui siamo coinvolti? Mediante il Sacramento del battesimo e la professione della fede, il Signore ha costruito un ponte verso di noi, attraverso il quale il nuovo giorno viene a noi. Nel Battesimo, il Signore dice a colui che lo riceve: *Fiat lux* — sia la luce. Il nuovo giorno, il giorno della vita indistruttibile viene anche a noi. Cristo ti prende per mano. D'ora in poi sarai sostenuto da Lui e entrerai così nella luce, nella vita vera. Per questo, la Chiesa antica ha chiamato il Battesimo « *photismos* » — illuminazione.

Perché? Il buio veramente minaccioso per l'uomo è il fatto che egli, in verità, è capace di vedere ed indagare le cose tangibili, materiali, ma non vede dove vada il mondo e da dove venga. Dove vada la stessa nostra vita. Che cosa sia il bene e che cosa sia il male. Il buio su Dio e il buio sui valori sono la vera minaccia per la nostra esistenza e per il mondo in generale. Se Dio e i valori, la differenza tra il bene e il male restano nel buio, allora tutte le altre illuminazioni, che ci danno un potere così incredibile, non sono solo progressi, ma al contempo sono anche minacce che mettono in pericolo noi e il mondo. Oggi possiamo illuminare le nostre città in modo così abbagliante che le stelle del cielo non sono più visibili. Non è questa forse un'immagine della problematica del nostro essere illuminati? Nelle cose materiali sappiamo e possiamo incredibilmente tanto, ma ciò che va al di là di questo, Dio e il bene, non lo riusciamo più ad individuare. Per questo è la fede, che ci mostra la luce di Dio, la vera illuminazione, essa è un'irruzione della luce di Dio nel nostro mondo, un'apertura dei nostri occhi per la vera luce.

Cari amici, vorrei aggiungere, infine, ancora un pensiero sulla luce e sull'illuminazione. Nella Veglia pasquale, la notte della nuova creazione, la Chiesa presenta il mistero della luce con un simbolo del tutto particolare e molto umile: con il cero pasquale. Questa è una luce che vive in virtù del sacrificio. La candela illumina consumando se stessa. Dà luce dando se stessa. Così rappresenta in modo meraviglioso il mistero pasquale di Cristo che dona se stesso e così dona la grande luce. Come seconda cosa possiamo riflettere sul fatto che la luce della candela è fuoco. Il fuoco è forza che plasma il mondo, potere che trasforma. E il fuoco dona calore. Anche qui si rende nuovamente visibile il mistero di Cristo. Cristo, la luce, è fuoco, è fiamma che brucia il male trasformando così il mondo e noi stessi. «Chi è vicino a me è vicino al fuoco», suona una parola di Gesù trasmessa a noi da Origene. E questo fuoco è al tempo stesso calore, non una luce fredda, ma una luce in cui ci vengono incontro il calore e la bontà di Dio.

Il grande inno dell'*Exsultet*, che il diacono canta all'inizio della liturgia pasquale, ci fa notare in modo molto sommesso un altro aspetto ancora. Richiama alla memoria che questo prodotto, il cero, è dovuto in primo luogo al lavoro delle api. Così entra in gioco l'intera creazione. Nel cero, la creazione diventa portatrice di luce. Ma, secondo il pensiero dei Padri, c'è anche un implicito accenno alla Chiesa. La cooperazione della comunità viva dei fedeli nella Chiesa è quasi come l'operare delle api. Costruisce la comunità della luce. Possiamo così vedere nel cero anche un richiamo a noi stessi e alla nostra

comunione nella comunità della Chiesa, che esiste affinché la luce di Cristo possa illuminare il mondo.

Preghiamo il Signore in quest'ora di farci sperimentare la gioia della sua luce, e preghiamoLo, affinché noi stessi diventiamo portatori della sua luce, affinché attraverso la Chiesa lo splendore del volto di Cristo entri nel mondo.[4] Amen.

II

Dum Beatissimus Pater octogesimum quintum diem natalem celebrat.*

Meine Herren Kardinäle!
Liebe Brüder im Bischofs- und Priesteramt!
Liebe Brüder und Schwestern!

Die Liturgie der Kirche hat am 16. April, meinem Geburts- und Tauftag, drei Wegweiser aufgestellt, die mir zeigen, wohin der Weg führt, und die mir helfen, ihn zu finden. Da ist zuerst das Gedächtnis der heiligen Bernadette Soubirous, der Seherin von Lourdes; da ist einer der seltsamsten Heiligen der Kirchengeschichte, Benedikt Joseph Labre; und da ist vor allen Dingen, daß dieser Tag immer eingetaucht ist in das Ostergeheimnis, in das Geheimnis von Kreuz und Auferstehung, und in meinem Jahre in besonderer Weise es ausdrückte: der Karsamstag, der Tag des Schweigens Gottes, der scheinbaren Abwesenheit, des Todes Gottes und doch der Tag, an dem die Auferstehung sich ankündigte.

Bernadette Soubirous, das einfache Mädchen aus dem Süden, aus den Pyrenäen — wir kennen und lieben sie alle. Sie ist ja in dem aufgeklärten Frankreich des 19. Jahrhunderts in einer kaum vorstellbaren Armut aufgewachsen. Das Gefängnis, das man aufgegeben hatte, weil es zu ungesund war, ist schließlich nach einigem Hin und Her Wohnort der Familie geworden, in dem sie ihre Kindheit verbracht hat. Zur Schulbildung reichte es nicht, nur ein wenig Katechismus zur Vorbereitung auf die heilige Kommunion. Aber gerade dieses einfache Kind, das in seinem Herzen rein und lauter geblieben war, hatte das sehende Herz, war fähig, die Mutter des Herrn zu sehen und in

[4] Cfr *LG* 1.

* Die 16 Aprilis 2012.

ihr den Abglanz der Schönheit und der Güte Gottes. Ihr konnte Maria sich zeigen und durch sie in das Jahrhundert hineinsprechen und über das Jahrhundert hinaus. Sie konnte sehen mit dem reinen, unverbildeten Herzen. Und Maria weist sie zur Quelle: Sie kann Quelle entdecken, lebendiges, reines und unverschmutztes Wasser — Wasser, das Leben ist, Wasser, das Reinheit und Gesundheit gibt. Und über die Jahrhunderte hin nun ist dieses lebendige Quellwasser Zeichen von Maria her, Zeichen, wo die Quellen des Lebendigen sind, wo wir rein werden können, wo wir das Unverschmutzte finden. In dieser unseren Zeit, in der wir die Welt in so vielen Nöten sehen, in der die Not des Wassers — reinen Wassers — aufbricht, ist dieses Zeichen um so größer. Von Maria, von der Mutter des Herrn her, von dem reinen Herzen her kommt auch das reine, unverbildete Wasser, das Leben gibt; das Wasser, das in diesem Jahrhundert und in den Jahrhunderten, die folgen mögen, uns reinigt und gesund macht.

Ich denke, wir dürfen dieses Wasser als Bild ansehen für die Wahrheit, die uns im Glauben zukommt: die unverstellte, unverschmutzte Wahrheit. Denn wir brauchen, um leben zu können, um rein zu werden, in uns die Sehnsucht nach dem reinen Leben, nach der unverfälschten Wahrheit, nach dem Unverschmutzten von Korruption, nach dem nichtbefleckten Menschsein. So ist dieser Tag, diese kleine Heilige, für mich immer ein Zeichen gewesen, wo das lebendige Wasser herkommt, dessen wir bedürfen — das Wasser, das uns reinigt und Leben gibt — und ein Zeichen dafür, wie wir sein müssen: daß wir in allem Wissen und Können, das notwendig ist, das einfache Herz, den einfachen Blick des Herzens nicht verlieren dürfen, der das Wesentliche zu sehen vermag, und den Herrn immer bitten müssen, daß wir die Demut behalten, damit das Herz hellsichtig bleibt — das Einfache und Wesentliche sehen kann, die Schönheit und die Güte Gottes — und damit die Quelle finden kann, von der das Wasser kommt, das Leben gibt und reinigt.

Und dann ist da Benedikt Joseph Labre, der fromme Bettlerpilger des 18. Jahrhunderts, der nach verschiedenen Anläufen, die vergeblich waren, auch seine Berufung findet, als Bettler — mit nichts, auf nichts gestellt und auch nichts behaltend von dem, was er bekam und was er nicht direkt brauchte — durch ganz Europa zu pilgern, zu allen Heiligtümern Europas, von Spanien bis Polen und von Deutschland bis Sizilien: ein wahrhaft europäischer Heiliger! Wir können ruhig sagen: ein sonderbarer Heiliger, der nur bettelnd herumzieht von Heiligtum zu Heiligtum, nichts tun will als beten und damit Zeugnis geben, worauf es ankommt in diesem Leben: auf Gott. Er

Per il carisma dell'ispirazione i libri della Sacra Scrittura hanno una forza di appello diretto e concreto. Ma la Parola di Dio non resta confinata nello scritto. Se, infatti, l'atto della Rivelazione si è concluso con la morte dell'ultimo Apostolo, la Parola rivelata ha continuato ad essere annunciata e interpretata dalla viva Tradizione della Chiesa. Per questa ragione la Parola di Dio fissata nei testi sacri non è un deposito inerte all'interno della Chiesa ma diventa regola suprema della sua fede e potenza di vita. La Tradizione che trae origine dagli Apostoli progredisce con l'assistenza dello Spirito Santo e cresce con la riflessione e lo studio dei credenti, con l'esperienza personale di vita spirituale e la predicazione dei Vescovi.[2]

[1] N. 19.
[2] Cfr *Dei Verbum*, 8. 21.

Nello studiare il tema « Ispirazione e Verità della Bibbia », la Pontificia Commissione Biblica è chiamata ad offrire il suo specifico e qualificato contributo a questo necessario approfondimento. È infatti essenziale e fondamentale per la vita e la missione della Chiesa che i testi sacri vengano interpretati secondo la loro natura: l'Ispirazione e la Verità sono caratteristiche costitutive di questa natura. Perciò il vostro impegno avrà una vera utilità per la vita e la missione della Chiesa.

Con l'augurio a ciascuno di voi di un fruttuoso proseguimento dei vostri lavori, vorrei infine esprimere il mio vivo apprezzamento per l'attività svolta dalla Commissione Biblica, impegnata a promuovere la conoscenza, lo studio e l'accoglienza della Parola di Dio nel mondo. Con tali sentimenti affido ciascuno di voi alla materna protezione della Vergine Maria, che con tutta la Chiesa invochiamo quale *Sedes Sapientiae*, e di cuore imparto a Lei, Venerato Fratello, e a tutti i Membri della Pontificia Commissione Biblica una speciale Benedizione Apostolica.

Dal Vaticano, 18 aprile 2012.

BENEDICTUS PP. XVI

IV

Ad XVIII Plenariam Sessionem Pontificiae Academiae Scientiarum Socialium.

To Her Excellency Professor Mary Ann Glendon
President of the Pontifical Academy of Social Sciences

I am pleased to greet you and all who have gathered in Rome for the Eighteenth Plenary Session of the Pontifical Academy of Social Sciences. You have chosen to mark the fiftieth anniversary of Blessed John XXIII's Encyclical Letter *Pacem in Terris* by studying the contribution of this important document to the Church's social doctrine. At the height of the Cold War, when the world was still coming to terms with the threat posed by the existence and proliferation of weapons of mass destruction, Pope John addressed what has been described as an "open letter to the world". It was a heartfelt appeal from a great pastor, nearing the end of his life, for the cause of peace and justice to be vigorously promoted at every level of society,

nationally and internationally. While the global political landscape has changed significantly in the intervening half-century, the vision offered by Pope John still has much to teach us as we struggle to face the new challenges for peace and justice in the post-Cold-War era, amid the continuing proliferation of armaments.

"The world will never be the dwelling-place of peace, till peace has found a home in the heart of each and every human person, till all preserve within themselves the order ordained by God to be preserved".[1] At the heart of the Church's social doctrine is the anthropology which recognizes in the human creature the image of the Creator, endowed with intelligence and freedom, capable of knowing and loving. Peace and justice are fruits of the right order that is inscribed within creation itself, written on human hearts[2] and therefore accessible to all people of good will, all "pilgrims of truth and of peace". Pope John's Encyclical was and is a powerful summons to engage in that creative dialogue between the Church and the world, between believers and non-believers, which the Second Vatican Council set out to promote. It offers a thoroughly Christian vision of man's place in the cosmos, confident that in so doing it is holding out a message of hope to a world that is hungry for it, a message that can resonate with people of all beliefs and none, because its truth is accessible to all.

In that same spirit, after the terrorist attacks that shook the world in September 2001, Blessed John Paul II insisted that there can be "no peace without justice, no justice without forgiveness".[3] The notion of forgiveness needs to find its way into international discourse on conflict resolution, so as to transform the sterile language of mutual recrimination which leads nowhere. If the human creature is made in the image of God, a God of justice who is "rich in mercy",[4] then these qualities need to be reflected in the conduct of human affairs. It is the combination of justice and forgiveness, of justice and grace, which lies at the heart of the divine response to human wrong-doing,[5] at the heart, in other words, of the "divinely established order".[6] Forgiveness is not a denial of wrong-doing, but a participation in the healing and transforming love of God which reconciles and restores.

[1] *Pacem in Terris*, 165.
[2] Cfr *Rom* 2:15.
[3] *Message for the 2002 World Day of Peace.*
[4] *Eph* 2:4.
[5] Cfr *Spe Salvi*, 44.
[6] *Pacem in Terris*, 1.

How eloquent, then, was the choice of theme for the 2009 Special Assembly for Africa of the Synod of Bishops: "The Church in Africa at the Service of Reconciliation, Justice and Peace". The life-giving message of the Gospel has brought hope to millions of Africans, helping them to rise above the sufferings inflicted on them by repressive regimes and fratricidal conflicts. Similarly, the 2010 Assembly on the Church in the Middle East highlighted the themes of communion and witness, the oneness of mind and soul that characterizes those who set out to follow the light of truth. Historic wrongs and injustices can only be overcome if men and women are inspired by a message of healing and hope, a message that offers a way forward, out of the impasse that so often locks people and nations into a vicious circle of violence. Since 1963, some of the conflicts that seemed insoluble at the time have passed into history. Let us take heart, then, as we struggle for peace and justice in the world today, confident that our common pursuit of the divinely established order, of a world where the dignity of every human person is accorded the respect that is due, can and will bear fruit.

I commend your deliberations to the maternal guidance of Our Lady, Queen of Peace. To you, to Bishop Sánchez Sorondo, and to all the participants in the XVIII Plenary Session, I gladly impart my Apostolic Blessing.

From the Vatican, 27 April 2012.

BENEDICTUS PP. XVI

ACTA CONGREGATIONUM

CONGREGATIO DE CAUSIS SANCTORUM

PARMENSIS

Canonizationis Beati Guidonis Mariae Conforti, Archiepiscopi Episcopi Parmensis Fundatoris Piae Societatis Sancti Francisci Xaverii pro Exteris Missionibus (1865-1931)

DECRETUM SUPER MIRACULO

Beatus Guido Maria Conforti die 30 mensis Martii anno 1865, in pago, quem vulgo *Ravadese* appellant, intra fines dioecesis Parmensis, natus est, eodemque die cum ad fontem lavacri salutaris rite adduceretur, nomina ei Guido Maria imposita sunt. Sacris initiatus idemque sacro presbyteratus ordine insignitus, cum voluntati, qua ad Christianam propagandam fidem vocaretur, prae infirma valetudine, obsequi non potuisset, Piam ipse Societatem Sancti Francisci Xaverii pro Exteris Missionibus (seu Xaveridum Missionalium) instituit. Ravennatensem denique Ecclesiam, cuius interea Archiepiscopus renuntiatus erat, biennium rexit, suis opibus quibuscumque minime parcens; suo tamen pontificatu, prae ingravescenti valetudine, facere non potuit quin se abdicaret. Tandem ad salutem aliquantum reversus, Parmensi Ecclesiae Episcopus datus est, quam quidem ipse quattuor supra viginti annos rexit; ibique in primis populum sibi commissum sacris erudiendum fecit. Laboribus angustiisque susceptis innumeris, suam dioecesim pro pastorali officio quater perlustravit; quintum autem mors eidem intervenit. Synodum bis celebravit; Actionis Catholicae sodalitatem instituit, provexit; clerum in sacris Seminariis efformandum mirum in modum curavit; praeterea ad Unionem Missionalem Clericorum condendam contulit, cui quidem primus praefuit; sicque inter auctores missionalis operae praestantissimos, cum in Italia tum in orbe, eminuit. Tandem laboribus et alacritate confectus,

virtutibus autem meritisque refertus, pie obdormivit in Domino die 5 mensis Novembris anno 1931.

Hunc Dei Famulum Ioannes Paulus II, Summus Pontifex, theologales et cardinales iisque adnexas virtutes, heroum in modum, exercuisse declaravit die 11 mensis Februarii anno 1982, quem deinceps in Beatorum album ascripsit die 17 mensis Martii anno 1996.

Canonizationi autem prospiciens, Causae Postulatio sanationem, quae per huius beati intercessionem a Deo patrata ferebatur, huic Congregationi iudicandam proposuit; quod quidem factum est mense Augusto anno 2003, intra fines dioecesis Bellohorizontinae, in Brasilia, pro puero Iacobo Ioanni Dos Apóstolos Souza. Hic enim aegrotante matre cum praemature editus esset, in sedem curationis efficacioris statim deductus, fistulis in eius corpus immissis, quindecim omnis vitae primos dies superavit, cum tamen nullum salubris mutationis indicium conspici daretur, quin contra eius corporis pondus a tempore nascendi haud mediocriter deminutum sit. Ceterum post diem quintum decimum puer in summo vitae periculo fuit, ita ut, exoriente intermissione cardiorespiratoria, per semihoram minimum redanimatus spirandi facultatem recuperaret. Nulla est dubitatio quin res clinica eiusmodi aliquod gravissimum haberet, praeiudicato morbi exitu, cum quoad vitam tum quoad valetudinem, utpote qui proclivitatem ad explorata nervorum damna secum ferret, in aliud tempus reservato. Ideo nullam fere spem morbum superandi parvulus habebat.

In tanto discrimine dies aliquot non solummodo a parentibus et propinquis, verum etiam a Christicolarum sodalitate instantissime Domino supplicatum est ut, intercedente Beato Guidone Maria Conforti, puer sanatione donaretur. Et ipse ex improviso revirescere atque convalescere visus est, claris indiciis comprobantibus, quae mox in stabilem favorabilemque cursum, re tum neurologica tum clinica minime ingravescente, evaserunt. Quae quidem insperata parvuli sanatio mirum omnibus portentum, divinitus patratum, visa est. Constat enim congruentiam temporis et contextum fuisse inter supplicationes, quibus Beatus hic invocatus est, et sanationem pueri Iacobi Ioannis Dos Apóstolos Souza, qui nunc non solum optima valetudine utitur, sed etiam rectam, praesertim quoad aliorum commercium attinet, vitam agere valet.

Qua de sanatione, pro miro habita, in Metropolitana Curia Bellohorizontina, a die 4 mensis Octobris ad diem 16 mensis Novembris anno 2005, Inquisitio dioecesana est instructa; cuius vim praesens Congregatio ratam

habuit per Decretum die 5 mensis Maii anno 2006, latum. Consilium autem Medicorum, quod apud idem Dicasterium habetur, die 18 mensis Februarii anno 2010 agnovit sanationem, de qua agitur, celerem, perfectam stabilemque fuisse, eandem autem ex hodiernis artis cognitionibus explicari non posse. Deinde vero, die 23 mensis Aprilis, hoc anno 2010, Theologi Consultores in Peculiarem, qui dicitur, convenere Congressum. Quorum quidem favorabilem sententiam Purpurati Patres et Episcopi, die 5 mensis Octobris eodem anno 2010, in Sessione Ordinaria congregati, Exc.mo D.no Hieronymo Grillo, Episcopo emerito Centumcellarum-Tarquiniensi, Causae Ponente, confirmarunt.

Et in utroque Coetu, tam Consultorum quam Cardinalium et Episcoporum, posito dubio num de miraculo divinitus patrato constaret, responsum affirmativum prolatum est.

Facta postmodum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Benedicto XVI per infrascriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Beatissimus Pater, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, subsignata die pronuntiavit: *Constare de miraculo a Deo patrato per intercessionem Beati Guidonis Mariae Conforti, Archiepiscopi, Episcopi Parmensis, Fundatoris Piae Societatis Sancti Francisci Xaverii Pro Exteris Missionibus, videlicet de celeri, perfecta stabilique sanatione pueri Iacobi Ioannis Dos Apóstolos Souza a « grave ipossia cerebrale a seguito di arresto cardio-respiratorio prolungato in neonato estremamente prematuro con sepsi generalizzata ».*

Mandavit insuper Beatissimus Pater ut praesens decretum publici iuris fieret atque in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 10 mensis Decembris A. D. 2010.

Angelus Card. Amato, S.D.B.
Praefectus

L. ✠ S.

✠ Michaël Di Ruberto
Archiep. tit. Biccarensis, *a Secretis*

ROMANA seu FRIBURGENSIS HELVETIORUM

Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Francisci Mariae a Cruce (in saec.: Ioannis Baptistae Jordan), Sacerdotis et Fundatoris Societatis Divini Salvatoris et Congregationis Sororum Divini Salvatoris (1848-1918)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

Servus Dei Franciscus Maria a Cruce Jordan die 16 mensis Iunii anno 1848, in vico *Gurtweil* prope Waldshut in Badenia (Germania) humili in familia e parentibus Laurentio et Nothburga ortus est, trium fratrum secundus. Sequenti iam die baptizatus nomen Ioannes Baptista accepit. Decimo tertio circiter aetatis anno primam sanctam communionem recepit. Inde in eo non solum gaudium recipiendi sanctam communionem et sacramentum paenitentiae necnon orandi atque libros spirituales legendi, verum etiam desiderium sacerdotii accrevit. Orbus patre, quindecim annos natus, vim suam spiritualem ulterius roboravit. Curriculo scholae elementariae absoluto, Ioannes Baptista operarii et pictorii officiis functus est. Postquam vero talia opera etiam in aliis locis peregisset, tandem, viginti fere aetatis agens, vocationem ad sacerdotium prosequi statuit. Privatas lectiones accepit, deinde gymnasium urbis *Konstanz* frequentavit. Studiis his completis, *Friburgi Brisgavorum* cursui theologiae et philologiae per triennium se dicavit. Eodem insuper tempore studio variarum linguarum modernarum incubuit. Data vero occasione Dei praesentiam in se speciali modo percipiendi, conscius factus est doloris Ecclesiae Catholicae in Germania maxime ratione nascentis ideologiae quam vocant «Kulturkampf». Persuasum sibi habuit quod populi Europae in periculum apostasiae incurrebant. Quapropter compulsum se sentiebat ad vitam omnino Deo dicandam et per Deum tamquam instrumentum pro hominum salute.

Anno praeparationis ad sacros Ordines recipiendos in Seminario Sancti Petri, in Silva Nigra, inspirationem quandam animadvertens quaesitavit seipsum, utrumne illa vocatio ad fundandum motum apostolicum reapse a Deo proveniret necne. Ardue disceptavit, ut voluntatem Dei cognosceret, et maiore vigore ulterius ad sanctitatem aspiravit. Pariter ac praecedentibus annis in urbe Friburgo et nunc quaedam obscuritatis solitudinisque interioris momenta expertus est, verum etiam profundam iucunditatem in receptione sanctae communionis.

Recepto denique sacro Presbyteratus Ordine die 21 mensis Iulii anno 1878, de mandatu sui Ordinarii, Romam profectus est ubi studio linguarum Syriacae, Armenicae, Copticae, Arabicae, Hebraicae atque Graecae se dedit. Visitavit etiam Terram Sanctam et Libanum, qua occasione corroboratus est in certitudine vocationis condendi motum apostolicum, illis Evangelii verbis permotus: « Haec est vita aeterna: ut cognoscant te, unicum verum Deum, et quem misisti, Iesum Christum » (*Io* 17, 3). Romam regressus atque a Summo Pontifice Leone XIII pro propositis impertita benedictione, ad illorum executionem processit. Maximum fuit illi propositum, ut in « Societate Catholica Instructiva » (postea « Societate Catholica Instructiva ») christifideles catholicos sibi consociaret e varii generis coetibus compositos, scilicet christifideles, specialiter parentes, magistros et educatores ad tradendam fidem, academicos vero ad illam defendendam, insuper et infantes. Altera ex parte intendit fundare communitates virorum mulierumque, qui evangelica consilia secuti, undique terrarum protenderent. Paulo post, illas communitates in Societates religiosas transformavit. Die Dominica Passionis anni 1883 in basilica Sancti Petri in Vaticano Deo se consecravit nomenque Francisci Maria a Cruce assumpsit.

Pro fundatione communitatis femininae in Urbe mulierem religiosam tamquam Superiorissam invenit Petram Streitel, spiritualitate franciscana et carmelitana imbutam, cui nomen Maria Francisca a Cruce inditum est. Duobus enim iam elapsis annis detectum est vocationem suam illamque Venerabilis Servae Dei Mariae Franciscae pariter ac modus vivendi communitatum conciliari non posse. Ecclesiastica demum auctoritas communitatem illam femininam a Patre Jordan separavit. Qui animum nequaquam demisit, sed una cum Theresia von Wüllenweber, hodie venerata sub nomine Beatae Mariae ab Apostolis, anno 1888 novam Congregationem condidit.

Pater Franciscus Maria innumeros sibi filios filiasque spirituales consociare potuit. Domum Matrem tamquam « scholam apostolorum » habere intendebat, ubi ipsi vicissim multos novos apostolos formarent. Propriis viribus minime indulgens se totum et missioni in Assam, India, et erectioni magni numeri domorum in Europa et in America dedicavit, curas ut in illis idem spiritus, quo ipse animatus erat, servaretur. Anno 1893 suis communitatibus religiosis nomina imposuit « Societas Divini Salvatoris » et « Congregatio Sororum Divini Salvatoris ».

Anno vero 1915, bello mundiali infuriante, Regimen Generale Societatis coactum est ad se in Helvetiam neutralem transferendum. Pater Jordan, obtemperans decisioni III Capituli Generalis, regimen Societatis deposuit in manibus futuri successoris Patris Pancratii Pfeiffer. Post gravem morbum, in humili hospitio urbis *Tafers* prope Friburgum in Helvetia obdormivit in Domino die 8 mensis Septembris anno 1918.

Deus dedit seu Servo inde a pueritia magnum desiderium cum Christo in Eucharistia se iungendi. Sacrum Sanctae Missae Sacrificium necnon eucharistica adoratio per totam vitam eius ferventem zelum apostolicum confirmarunt. Confratres semper invenerunt eum in oratione immersum. Magnam hausit consolationem ex amore Beatae Mariae Virginis, Matris Salvatoris et Reginae Apostolorum, cuius venerationem promovere quaesivit. Perdilexit evangelicam paupertatem; vivebat in inconcussa fiducia erga Deum necnon in animosa humilitate. Sanctam Crucem amore complectebatur. Fidei Ecclesiae et monitis ecclesiasticae auctoritatis iugitur obtemperavit, etiam momentis maximae difficultatis. De filiis filiabusque spiritualibus tamquam pater curam adhibuit et magis magisque crevit in promptitudine eis ignoscendi.

Vita eius ad sanctitatem apostolicam prosequendam omnes incitat. Pater Franciscus Maria exemplar exstat illius hominis apostolici et missionarii qui exoptat ut omnes homines ad Iesum Christum Salvatorem Mundi conducantur. Visione quadam universali apostolatus non solum renovationem fidei credentium incohare voluit sed primam quoque et novam promovere evangelizationem. Christum adnuntiare cupiebat et testimonium dare in omnibus dimensionibus vitae et culturae «omnibus rationibus et mediis, quae caritas Christi inspirat».

Virtute famae sanctitatis Servi Dei iam in vita praeclarae, specialiter vero post obitum, Processus Ordinarius Informativus Romae instructus est a die 22 mensis Decembris anno 1942 ad diem 17 mensis Iunii anno 1949, quem sequebantur Processus Rogatoriales in dioecesibus Friburgensi in Helvetia, Passaviensi, Paderbornensi, Vindobonensi, Sancti Sebastiani Fluminis Ianuarii, Olomucensi et Sinus Viridi (annis 1943-1949), quorum validitas iuridica rata est habita ab hoc Dicasterio per Decretum diei 24 mensis Novembris anno 2006. *Positione* confecta, Consultores Historici in Sessione diei 5 mensis Iunii anno 2007 votum positivum protulerunt. Die 22 mensis Ianuarii anno 2010 Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum positive factus est. Patres Cardinales et Episcopi, in Sessione Ordinaria diei 11 mensis

Ianuarii anno 2011, audita relatione Ponentis Causae, Exc.mi D. Lini Fumagalli, Episcopi Viterbiensis, recognoverunt Servum Dei virtutes theologales necnon cardinales et adnexas, heroico gradu vixisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Benedicto XVI per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, iisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Francisci Mariae a Cruce (in saec. Ioannis Baptistae Jordan), Sacerdotis et Fundatoris Societatis Divini Salvatoris et Congregationis Sororum Divini Salvatoris, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 14 mensis Ianuarii A. D. 2011.

Angelus Card. Amato, S.D.B.
Praefectus

L. ✠ S.

✠ Marcellus Bartolucci
Archiep. tit. el. Mevaniensis, *a Secretis*

BUFFALENSIS

Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Nelsonii Baker, Sacerdoti dioecesani (1841-1936)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

« Induite vos ergo sicut electi Dei, sancti et dilecti, viscera misericordiae, benignitatem, humilitatem, mansuetudinem, longanimitatem [...]; super omnia autem haec: caritatem, quod est vinculum perfectionis » (*Col* 3, 12. 14).

Paulina adhortatio ducit nos ad intellegendum spiritale iter Servi Dei Nelsonii Baker, qui totum se dedit pastorali ministerio, constanter inserviit a societate segregatis, quapropter a multis habitus est verus caritatis apostolus.

Servus Dei die 16 mensis Februarii anno 1841 Buffali, in Statu Neo-Eboracensi (in Foederatis Civitatibus Americae Septentrionalis), natus est. Filius patris Ecclesiae Reformatae et matris catholicae, baptismum secundum confessionem paternam accepit, sed, matris secutus exemplum, decem annos natus catholicam amplecti decrevit religionem. Curriculis rite expletis, opus exercere coepit in officina patris, quam statim ob participationem in bello Secessionis Americanae relinquere debuit.

Acie relicta, commercialem industriam promovere incepit simul cum amico, cui statim suum declaravit intimum desiderium quaerendi id quod Deus pro eo vere voluerat. Illo enim tempore Nelsonius sacerdotem cognovit Thomam Hines, « Domus Sancti Ioseph » moderatorem, qui, maxime pronus ad puerulos parentibus orbatos curandos, suasit ei ut de vocatione quaerenda cum Episcopo Buffalensi loqueretur. Hic enim benevole accepit eum quem hortatus est ut seminarium ingrederetur. Servus Dei graviter consilium ponderavit et, postquam definitivam decisionem cum familia et amico socioque communicavit, formativum iter arripuit ad sacerdotium apud Seminarium loci v. d. *Suspension Bridge*.

His enim annis, praeterquam quod in curriculis explendis et variis spiritalibus inceptis diligenter eminuerat, longam in Europam suscepit peregrinationem, in qua altam in animo maturavit devotionem erga Matrem Dei, sub titulo Nostrae Dominae a Victoria invocatam et veneratam. Expletis deinde

theologiae curriculis, presbyter in Cathedrali templo Buffalensi die 19 mensis Martii anno 1876 est ordinatus.

Suam etiam ob notam peritiam in nummaria administratione, in Institutum Patris Hines statim missus est ut varias obiret difficultates ibi emersas, ac deinde in paroeciam Sanctae Mariae in loco vulgo *Corning*. Deinde Patri Hines in munere moderatoris Instituti *Limestone Hill* successit. Servus Dei hic postremos pastoralis ministerii annos transegit, de ultimis et indefensis valde sollicitus. Assiduam adhibuit curam de bono ferendo infantibus, pauperibus familiis, iuvenibus derelictis et personis coloris, saepe praeiudiciis stirpis humiliatis. In huiusmodi inceptis quae promovit, constans fuit eius fiducia in Divina Providentia maternoque Virginis Sanctissimae praesidio. Plurima recenseri possunt opera quae Nelsonius pro caritate exercuit, sicut Consociatio «Nostrae Dominae a Victoria» cuius erat subsidia assequi ad orphanotrophium sustentandum, «Patronatus Sancti Ioannis» ad tecto ac sede carentes excipiendos, «Domus Sacri Cordis» iuvenibus operariis et «Domus infantis» pueris derelictis destinatae.

Hoc in diligenti ad proximi beneficium ministerio nullo umquam tempore orationem reliquit, profundo compulsus amore erga Sanctissimum Sacramentum ardentique devotione erga Virginem Mariam, in cuius honorem sanctuarium aedificandum promovit, quod anno 1926 ad finem adductum est. Altissima fides fundamentum totius eius vitae exstitit atque veram animam eius indefatigabilis industriae constituit. Vir firmae spei, numquam sensum amisit suae vocationis et semper cum gaudio, serenitate, prudentia et fortitudine vitam gessit, etiam inter difficultates et acerbitates, quae postremis annis in deterius sunt mutatae. Servus Dei, senex et graviter aegrotans, die 29 mensis Iulii anno 1936 in *Limestone Hill* pie in Domino obdormivit, amore et affectu omnium qui noverunt eum circumdatus.

Ob sanctitatis famam, quae praesertim post eius mortem gradatim crescebat, a die 5 mensis Ianuarii anno 1989 ad diem 7 mensis Decembris anno 1993, apud Curiam Episcopalem Buffalensem dioecesana Inquisitio est instructa, cuius iuridica auctoritas per Decretum diei 26 mensis Ianuarii anno 1996 a Congregatione de Causis Sanctorum est recognita. Parata *Positione*, disceptatum est, ad suetas normas, an Servus Dei virtutes heroico modo exercuisset. Die 12 mensis Decembris anno 2000 Congressus Consultorum Historicorum est actus et die 26 mensis Februarii anno 2010 Peculiaris Consultorum Theologorum Congressus, positivo cum exitu, evenit. Die 9 mensis Novembris anno 2010 Patres Cardinales et Episcopi, Ponente

Causae Exc.mo D. Lino Fumagalli, Episcopo Sabinensi-Mandelensi, edixerunt Servum Dei Nelsonium Baker heroice virtutes theologales, cardinales iisque adnexas exercuisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Benedicto XVI per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, iisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Nelsonii Baker, Sacerdotis Dioecesani, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 14 mensis Ianuarii A. D. 2011.

Angelus Card. Amato, S.D.B.
Praefectus

L. ✠ S.

✠ Marcellus Bartolucci
Archiep. tit. el. Mevaniensis, *a Secretis*

CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Congregatione pro Episcopis, Sanctissimus Dominus Benedictus Pp. XVI, per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros praefecit Praesules:

die 28 Aprilis 2012. — Titulari episcopali Ecclesiae Cemerinianensi, R. D. Thaddaeum Lityński, e clero dioecesis Viridimontanensis-Gorzoviensis, ibique Iudicem Tribunalis et Vicarium Episcopalem pro navitate pastorali, quem deputavit Auxiliarem eiusdem dioecesis.

die 1 Maii. — Titulari episcopali Ecclesiae Gegitanae, R. D. Raimundum Poisson, e clero dioecesis Sancti Ioannis-Longoliensis, hactenus paroeciae vulgo dictae «Sainte-Marguerite-d'Younville» curionem, quem constituit Auxiliarem dioecesis Sancti Hieronymi Terraebonae.

die 2 Maii. — Titulari episcopali Ecclesiae Coelianensi, R. D. Paulum Robertum Sanchez, e clero dioecesis Bruklyniensis, ibique Vicarium Episcopalem pro territorio «Queens» vulgo dicto, quem deputavit Auxiliarem eiusdem dioecesis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Citiensi, R. D. Raimundum Franciscum Chappetto, e clero dioecesis Bruklyniensis, ibique Vicarium pro Clericis et Vita Religiosa et curionem paroeciae Nostrae Dominae ad Nives, quem deputavit Auxiliarem eiusdem dioecesis.

die 3 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Pinskensi Latinorum, Exc.mum P. D. Antonium Dziemianko, hactenus Episcopum titularem Lesvitanum et Auxiliarem Minscensem Mohiloviensem Latinorum.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Benedetto XVI ha ricevuto in Udienza Ufficiale per la presentazione delle Lettere Credenziali:

Sabato, 28 aprile, S. E. il Signor César Castillo Ramírez, Ambasciatore del Perù;

Venerdì, 4 maggio, S. E. la Signora Dato' Ho May Yong, Ambasciatore della Malaysia; S. E. il Signor David Cooney, Ambasciatore d'Irlanda; S. E. il Signor Naivakarurubalavu Solo Mara, Ambasciatore di Fiji; S. E. il Signor Viguen Tchitetchian, Ambasciatore di Armenia.

Sua Santità ha altresì ricevuto in Udienza:

Lunedì, 16 aprile, l'On. Horst Seehofer, Ministro Presidente della Baviera;

Venerdì, 20 aprile, l'On. Stanislaw Tillich, Ministro Presidente dello Stato Libero di Sassonia.

Giovedì 3 maggio il Santo Padre si è recato in visita all'Università Cattolica del Sacro Cuore di Roma.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Breve Apostolico il Santo Padre Benedetto XVI ha nominato:

14 aprile 2012 S.E.R. Mons. Marek Solczyński, Arcivescovo titolare di Cesarea di Mauritania, Nunzio Apostolico in Georgia e in Armenia, *Nunzio Apostolico in Azerbaigian.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Benedetto XVI ha nominato:

29 febbraio 2012 Gli Em.mi Signori Cardinali: Angelo Scola, Arcivescovo di Milano (Italia); e Donald William Wuerl, Arcivescovo di Washington (Stati Uniti d'America), *Membri della Congregazione per la Dottrina della Fede.*

13 marzo 2012 Gli Em.mi Signori Cardinali: George Alencherry, Arcivescovo Maggiore di Ernakulam-Angamaly dei Siro-Malabaresi; Fernando Filoni, Prefetto della Congregazione per l'Evangelizzazione dei Popoli; Francesco Coccopalmerio, Presidente del Pontificio Consiglio per i Testi Legislativi, *Membri della Congregazione per la Dottrina della Fede.*

» » » Gli Em.mi Signori Cardinali: George Alencherry, Arcivescovo Maggiore di Ernakulam-Angamaly dei Siro-Malabaresi; Timothy Michael Dolan, Arcivescovo di New York; Lucian Mureşan, Arcivescovo Maggiore di Făgăras şi Alba Iulia dei Romeni; Fernando Filoni, Prefetto della Congregazione per l'Evangelizzazione dei Popoli; Edwin Frederick O'Brien, Gran Maestro dell'Ordine Equestre del Santo Sepolcro di Gerusalemme, *Membri della Congregazione per le Chiese Orientali.*

» » » L'Em.mo Signor Cardinale Antonio Maria Vegliò, Presidente del Pontificio Consiglio della Pastorale per i Migranti e gli Itineranti, *Membro della Congregazione per il Culto Divino e la Disciplina dei Sacramenti.*

» » » Gli Em.mi Signori Cardinali: Manuel Monteiro de Castro, Penitenziere Maggiore; Santos Abril y Castelló, Arciprete della Basilica Papale di Santa Maria Maggiore, *Membri della Congregazione delle Cause dei Santi.*

» » » Gli Em.mi Signori Cardinali: Manuel Monteiro de Castro, Penitenziere Maggiore; Santos Abril y Castelló, Arciprete della Basilica Papale di Santa Maria Maggiore; Giuseppe Bertello, Presidente della Pontificia Commissione per lo

Stato della Città del Vaticano e Presidente del Governatorato del medesimo Stato; Giuseppe Versaldi, Presidente della Prefettura degli Affari Economici della Santa Sede, *Membri della Congregazione per i Vescovi.*

13 marzo 2012 Gli Em.mi Signori Cardinali: John Tong Hon, Vescovo di Hong Kong; Santos Abril y Castelló, Arciprete della Basilica Papale di Santa Maria Maggiore; Giuseppe Bertello, Presidente della Pontificia Commissione per lo Stato della Città del Vaticano e Presidente del Governatorato del medesimo Stato; Domenico Calcagno, Presidente dell'Amministrazione del Patrimonio della Sede Apostolica, *Membri della Congregazione per l'Evangelizzazione dei Popoli.*

» » » Gli Em.mi Signori Cardinali: Willem Jacobus Eijk, Arcivescovo di Utrecht; João Braz de Aviz, Prefetto della Congregazione per gli Istituti di Vita Consacrata e le Società di Vita Apostolica, *Membri della Congregazione per il Clero.*

» » » Gli Em.mi Signori Cardinali: Dominik Duka, Arcivescovo di Praha; Giuseppe Versaldi, Presidente della Prefettura degli Affari Economici della Santa Sede, *Membri della Congregazione per gli Istituti di Vita Consacrata e le Società di Vita Apostolica.*

» » » Gli Em.mi Signori Cardinali: Thomas Christopher Collins, Arcivescovo di Toronto; Willem Jacobus Eijk, Arcivescovo di Utrecht; Giuseppe Betori, Arcivescovo di Firenze; Rainer Maria Woelki, Arcivescovo di Berlin; Fernando Filoni, Prefetto della Congregazione per l'Evangelizzazione dei Popoli; João Braz de Aviz, Prefetto della Congregazione per gli Istituti di Vita Consacrata e le Società di Vita Apostolica; Edwin Frederick O'Brien, Gran Maestro dell'Ordine Equestre del Santo Sepolcro di Gerusalemme, *Membri della Congregazione per l'Educazione Cattolica.*

» » » Gli Em.mi Signori Cardinali: Francesco Coccopalmerio, Presidente del Pontificio Consiglio per i Testi Legislativi; Giuseppe Versaldi, Presidente della Prefettura degli Affari Economici della Santa Sede, *Membri del Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica.*

» » » L'Em.mo Signor Cardinale Antonio Maria Vegliò, Presidente del Pontificio Consiglio della Pastorale per i Migranti e gli Itineranti, *Membro del Pontificio Consiglio per i Laici.*

» » » Gli Em.mi Signori Cardinali: Rainer Maria Woelki, Arcivescovo di Berlin; Francesco Coccopalmerio, Presidente del Pontificio Consiglio per i Testi Legislativi, *Membri del Pontificio Consiglio per la Promozione dell'Unità dei Cristiani.*

13 marzo 2012 L'Em.mo Signor Cardinale Antonio Maria Vegliò, Presidente del Pontificio Consiglio della Pastorale per i Migranti e gli Itineranti, *Membro del Comitato di Presidenza del Pontificio Consiglio per la Famiglia.*

» » » Gli Em.mi Signori Cardinali: Dominik Duka, Arcivescovo di Praha; Giuseppe Bertello, Presidente della Pontificia Commissione per lo Stato della Città del Vaticano e Presidente del Governatorato del medesimo Stato, *Membri del Pontificio Consiglio della Giustizia e della Pace.*

» » » L'Em.mo Signor Cardinale Edwin Frederick O'Brien, Gran Maestro dell'Ordine Equestre del Santo Sepolcro di Gerusalemme, *Membro del Pontificio Consiglio « Cor Unum ».*

» » » L'Em.mo Signor Cardinale Manuel Monteiro de Castro, Penitenziere Maggiore, *Membro del Pontificio Consiglio della Pastorale per i Migranti e gli Itineranti.*

» » » L'Em.mo Signor Cardinale Domenico Calcagno, Presidente dell'Amministrazione del Patrimonio della Sede Apostolica, *Membro del Pontificio Consiglio per gli Operatori Sanitari.*

» » » L'Em.mo Signor Cardinale John Tong Hon, Vescovo di Hong Kong, *Membro del Pontificio Consiglio per il Dialogo Interreligioso.*

» » » L'Em.mo Signor Cardinale Giuseppe Betori, Arcivescovo di Firenze, *Membro del Pontificio Consiglio della Cultura.*

» » » Gli Em.mi Signori Cardinali: Thomas Christopher Collins, Arcivescovo di Toronto; Timothy Michael Dolan, Arcivescovo di New York, *Membri del Pontificio Consiglio delle Comunicazioni Sociali.*

» » » L'Em.mo Signor Cardinale Timothy Michael Dolan, Arcivescovo di New York, *Membro del Pontificio Consiglio per la Promozione della Nuova Evangelizzazione.*

» » » L'Em.mo Signor Cardinale João Braz de Aviz, Prefetto della Congregazione per gli Istituti di Vita Consacrata e le Società di Vita Apostolica, *Membro del Pontificio Comitato per i Congressi Eucaristici Internazionali.*

» » » L'Em.mo Signor Cardinale Domenico Calcagno, Presidente dell'Amministrazione del Patrimonio della Sede Apostolica, *Membro della Pontificia Commissione per lo Stato della Città del Vaticano.*

13	marzo	2012	L'Ecc.mo Mons. Lorenzo Baldisseri, Arcivescovo titolare di Diocleziana, Segretario della Congregazione per i Vescovi, *Consultore della Congregazione per la Dottrina della Fede « ad quinquennium »*.
2	aprile	»	Il Rev.do Mons. Joaquín Llobell, *Giudice della Corte di Appello dello Stato della Città del Vaticano « in aliud quinquennium »*.
17	»	»	L'Ecc.mo Mons. Lino Fumagalli, Vescovo di Viterbo, *Membro della Congregazione delle Cause dei Santi « in aliud quinquennium »*.
»	»	»	Il Rev.do Mons. Pawel Malecha, *Promotore di Giustizia Sostituto presso il Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica*; e il Rev.do P. José Fernando Mejía Yañez, M.G., *Capo della Cancelleria nel medesimo Tribunale*.
24	»	»	L'Ill.mo Dott. Antonio Chiminello, Consultore della Prefettura degli Affari Economici della Santa Sede, *Vice Direttore della Ragioneria dello Stato della Città del Vaticano*.
»	»	»	L'Ill.mo Dott. Maurizio Prato, *Revisore Internazionale della Prefettura degli Affari Economici della Santa Sede « per un altro triennio »*.

NECROLOGIO

3	aprile	2012	Mons. Michael Bzedl, C.Ss.R., Arcivescovo em. di Winnipeg degli Ucraini (*Canada*).
»	»	»	Mons. Arduino Bertoldo, Vescovo em. di Foligno (*Italia*).
»	»	»	Mons. Efraim Basilio Krevey, O.S.B.M., Vescovo em. di São João Batista em Curitiba degli Ucraini (*Brasile*).
6	»	»	Mons. Felipe Fernández García, Vescovo em. di San Cristóbal de La Laguna, Tenerife (*Spagna*).
7	»	»	Sua Em.za il Card. Ignace Moussa I Daoud, Patriarca em. di Antiochia dei Siri.
10	»	»	Sua Em.za il Card. Luis Aponte Martínez, del Tit. di S. Maria Madre della Provvidenza a Monte Verde.
»	»	»	Mons. Leonardo Mario Bernacchi, O.F.M., Vescovo tit. di Tabaicara già Vicario Apostolico di Camiri (*Bolivia*).
11	»	»	Mons. Agustin A. Román, Vescovo tit. di Sertei e già Ausiliare di Miami (*Stati Uniti d'America*).
13	»	»	Mons. Mario Rizzi, Arcivescovo tit. di Bagnoregio, Nunzio Apostolico (*Italia*).
16	»	»	Mons. Antoine Hamid Mourany, Vescovo em. di Damasco dei Maroniti (*Libano*).
18	»	»	Mons. José Cerviño Cerviño, Vescovo em. di Tui-Vigo (*Spagna*).
21	»	»	Mons. Ramón Búa Otero, Vescovo em. di Calahorra y La Calzada (*Spagna*).
25	»	»	Mons. Jan Bernard Szlaga, Vescovo di Pelplin (*Polonia*).
3	maggio	»	Mons. František Tondra, Vescovo em. della Diocesi di Spiš (*Slovenia*).